



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Vt homo resignatus ab veritate inchoet, & in ea desinat, vtque diuina  
essentia anonyma & incompræhensibus sit. Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

impulsionem veræ resignationis, ad quam  
 uocatus fuerat, redijt. Optauit autem ab gratia  
 Veritate certam sibi præstari discretione, quæ  
 ad fieri posset, qua internosceret eos qui ad op-  
 dinatam tendunt simplicitatem, ab illis qui ad  
 inordinatam feruntur libertatem: discretio  
 ex eadem virtute, quænam vera sit resignatio,  
 qua ad destinatum posset scopum pertinere.  
 Respondit autem illi luculenta quadam  
 ratione, fieri ista debere sub expressa quadam  
 similitudine, qua Discipulus sciscitantis, Ver-  
 tas respondētis personam sustineret. Et princi-  
 pio quidem ad ipsas sacras est remissus literas  
 scriptaque sanctorum patrum, per quos æter-  
 na veritas loquitur, ut illic inquireret & ad-  
 cultaret, æquidnam eruditissimi ac exerciti-  
 tissimi Patres, quibus Deus incerta & occulta  
 sapientiæ suæ manifestauit, inde tradi didice-  
 ratque sensissent, aut quid sancta hinc affirma-  
 ret Ecclesia Catholica, ut certæ illi veritati in-  
 hareret. Itaque ex iam dictis eiusmodi haui-  
 tum lumen & institutionem.

Psalm. 50.

*Ut homo resignatus ab veritate inchoet, & in eadē  
 nat, ut que diuina essentia anonyma & incom-  
 prehensibilis sit.*

## CAPVT II.

**Q**uotquot in suam optant reduci originē,  
 eos comprimis nōsse conuenit sui ipsorum  
 & aliarum rerum omnium principium:  
 siquidem in eodem etiam vltimus eorum finis  
 est. Itaque sciendum, eos omnes, qui de veri-  
 tate



tate vnquam sermonem habuerint, in eo consentire, esse quippiam, quod omninò primum sit & simplicissimum, & quo nihil sit prius. Hanc impenetrabilem essentiam D. Dionysius Areopagita perspicuè contemplatus, ait vna cum cæteris doctoribus, eam omnino esse anonymam. Cum enim, vt tradunt dialectici, nomen rei nominatæ naturam & rationem exprimere debeat, & iam diuinae essentiae natura infinita & immensa sit, nec possit ab vlla creatura intelligentia compræhendi, certum est apud omnes probè eruditos, essentiam modi nesciam, etiam anonymam esse. Quamobrem D. Dionysius ait, Deum non esse quicquam eorum, quæ nos illi pro creato captu possimus attribuire. Quicquid enim hac ratione illi assignatur, id quodam modo falsum est, & eius negatio vera est. Atque hinc posset æternum nihilum dici. Verum enim uerò vbi de re aliqua sermo habendus est, quamuis ea rationem & considerationem omnem excedat, tamen aliquod ei assignandum est vocabulam. Huius tranquillæ simplicitatis essentia, eius vita est: atque ipse ipsa, eius essentia est. Ipsa est vitalis atque essentialis mens, seipsam intelligens, estque & vinit in seipsa, atque est sua ipsa vita. Non possum hinc explicatius verbis eloqui. Hanc ego sempiternam & increatam appello veritatem, quæ est ipse DEVS: siquidem in ea sunt omnia ceu in sua origine & fonte perenni: vbi homo resignatus, & incipit & desinit ordinate introreceptus, vt deinceps declarabitur.

Diuin. Nom.  
cap. 7.

Myst. Theol.  
cap. 5.

Veritas in-  
creata quæ